

Qualiter totum mundum magne sit, ceram Deo pro nihilo habetur.

6. Ridentur forsitan ad ista, & argumentorum subtilitatem ad scholarum argutias legatis? Dicitur: quidquid sit, saltem homo per peccatum non exiit conditione humana, consequenter remanet aliquid, quod participat Dei essentiam. Verum, mei Christiani: non ego tam scholarum, quam SS. idiomate loquor, & cum S. Franciscus Afflicus dicere sit solitus, hominem id tantum esse, quod reuera est in oculis Dei, non curio fallacia hominum iudicia. Dicat Philosophia, hominem esse animal rationale, ego cum S. Chrysoft. (in Cat. in Job. c. 1.) dico, hominem esse, qui id, quod Dei similitudinem imitatur, custodit. Nos in pluribus alijs iudicijs erramus, videmus Pharaonem in folio sedentem, putamus esse regem, quia superficiem, que nos respicit, non illam, que Deum respicit, intuemur: interim mancipium est vilissimum, dicitur Chrysoft. (1. 2. hom. 5. de Verb. Usu. Proprijs.) qui facit peccatum, servus est peccati, & ostendit deum nullius coronatum habere in capite. Sape statua affabre facta vivus homo iudicari potest: moventur oculi, moventur labia, moventur manus, & pedes: sed verte statuum, & inveniatis tergum illius concavum, sordidum, & araneis obductum. Age iusta monitum Sapientis (Prov. 1.) verte peccatores: Verte intro, & non vident. Respice patrem versus Deum, & clare videbis, cum non esse illum, qui esse videbitur; nam, ut ait Tertullianus (lib. 1. c. 5.) Infamat superbie rotabuli veritatem. Profecto potest illi in faciem exprobrari, quod Episcopo Sardicensi olim dictum est: Nomen habet, quod vivat, & mortuum est. (Apor. 3.)

7. Sancti Patres summo opere admirantur modum illum loquendi Scriptura: Poverat in terra Ha, & erat verus ille. Quid ita? an ego religio non erant veri? quid mirum, ait Chrysoft. (hom. 16. in Ep. ad Cor.) Improbi sunt falsi homines, non securi, ac pisti. Rationem percipite: Neque enim a figura, sed ab aliene, quod est, unumquodque intelligitur. Ponamus hominem aliquem rudem, & rei ignarum venientem hortum, ad invadum Romanæ Magnificentie exornatum: videri obit sub arbore cauem, ere, vel lapide exitum. Eshoretur visa bestia, & retro gradum figit: mox insullum panis ei obicit, nec tamen canis se movet, deinde excitat, vellicat, tradit: sed cum videt, quod nihil moveatur, ait: non potest esse canis, qui insular canis non operatur. Idem dicendum est de peccatore: non est homo, qui operatur hominum non exeret. Elne hie aliquis peccator? S. Chrysoft. (ubi supra.) illum alioquitur: unde te humana anima praeditum intelligere quom? Quid quis tota die? comedis, bibis, dormis, ambulat, ita sceris, furis: Sed hac etiam tuus equus facit, sola loquela ab equo distinguetur, & reuera, si equus articulatas possit proferre voces, non cre-

do, quod magis bestialia proferret, quam eas, quas tu erucas. An unquam mentem ad Deum elevas? an poenitentiam agis de prateritis? an praesentia emendas? an de futuris disponis? sane si foret hodieum Diogenes, qui lucerna homines quareret, te tacitus praeteriret. Eam mi Christiane! qua ratione peccatum hominem humana conditione exuat, desistat, & annihilat: nonne talis peccator dignior est lacrimis, quam corporaliter mortuus? cogita, quam infelices se reputent illi parentes, quorum filii in manus carnisque deveniunt, & non ingemiscat prudens parens, si videat, filium in manus peccati, omni carnisque cruditionis, fuisse delapsum: &c.

8. Jam tandem capio, quod hactenus intellectum difficile mihi videbatur: Rex David nuntium de utriusque filii sui morte proflus dispari vultu excepit. Nuntiata morte pavuli, ex Berabaza geniti, hilari erat animo, comedit, & bibit: Quia mortui est, quare letorem? Econtra nuntiata morte Abolionis, lamentabiliter hevit, non cibum, non potum gustavit: sed absque intermissione elayit: Abolion, fili mi, fili mi, Abolion! cur ita? videtur potius morive verba Davidem debuisse lamentari in morte primi, quia innocens erat, & latari in morte Abolionis, quia inimicus, & rebellis coronae insidiator erat. Cur ergo hanc deplorat, non tamen illum? S. Hieron. (Epist. 25. ad Paulin.) in rem nostram apposite ait: Scribitur David iussu Resusisse filium parvulum, qui alium parvulum, quem se habet non peccasse, non servit. Quo exemplo docuit sapientissimus Rex, deplorabilem esse mortem spirituales filiorum, quam carnalem. Hanc ipsam in sentum Desotissima illa Blanca, S. Ludovici Mater, filio suo innocens, & miles in faciem exprobravit: Mi Ludovice, mallet te in sereno, quam in peccato: thali intreri. Agnovit plissima femina, quod peccatum sit inestissima, & ipsa morte funclior tragedia, eoque principio primavam Ludovi innocentiam constanter conservavit. Sed quid multis in Scripturam, & historiarum testimoniis excurro? pra mille alii sufficit sancta illa, & vere dupliciter Mater Monica, quae alias ad quoscumque adversitatum incursum generosissimum, novem integris annis deservit filium Augustinum, in Manichaeorum haerem delapsum, Audiamus S. Patrem (1. 6. Conf.): Mater meo, me tamquam mortuum sehas, ut diceret, o Deus, filia vidua: Adhuc erant tibi dico, surge; & revivisceret; & incipit loqui, & illum Matri suae redderet. &c.

9. Epilogus. Quid tu agis, mi Christiane! cum filios tuos in peccata proruaere cernis aut ipse prorsus? cheu! parum curas enorme detrimentum; ita ut de te veritetur illud S. Cypriani (lib. de lapsis.): Si quem de suis perdidisti, ingemiscit dolenter, & fiet, animam tuam perdidisti spiritualiter mortuum, & non iustiter ingemiscit. Dic, mi Christiane! si ad primum peccatum deberes minui genu, ad secundum

brachio, ad tertium oculo, ad quartum aure, & ita per quodlibet peccatum deberes delicti aliquo membro corporis, nonne peccatum cane pejus & angue avertaris? cur ergo non & nunc avertaris peccatum, per quod coram oculis Dei proflus ad nihilum redigaris? cheu! lamentare cum Davide: Ad nihilum redactus sum, & miseri, confiteare fugere peccatum carnificem crudelissimum. &c. &c. &c.

Dominica XVI. post Pentecosten.

CONCEPTUS I.

De observatione Festorum, & qua ratione illa celebrari oporteat.

Si licet sabbato curare? Luc. 14.

EXORDIUM.

Deus sibi reservavit diei Festum, in lege natura, in lege scripta, & in lege gratiae. Iudaei praeter sabbatum habent Festa quaedam praesentia.

1. B. Enigmisimus Deus, ex rebus omnibus, quae creavit, sibi aliquid reservatum voluit, ut ex adificis mundi templa, & fructibus decimas, ex membris humanis cor, e tempore, quod nobis indulget, hebdomadatim unam diem. Idque ultimum statim a mundi initio fuomet exemplo docuit: Benedictus dies septimo. (Gen. 2.) Quare S. Chrysoft. (hom. 10. de Gen.) in quo benedixit? nempe, quia segregavit hunc diem ab alijs, & sanctificavit illum, eo quod in illo requieverat ab omnibus operibus suis. In lege deinde scripta expressum mandatum Deus populo Iudaeo dedit: Memento, ut diem Sabbati sanctifices, eaque lex tanto cum rigore observabatur, ut siquis deprehensus fuerit in sabbato tantum ligna colligens, publice a populo fuerit lapidatus. Tandem, abrogata veteri lege, in lege gratiae, ne populus Christianus Iudaizare videretur, sabbato substituta sunt Dominicae dies, & hoc praecipue, quia eadem die Saluator noster e sepulchro rediit vivus surrexit, & nobilitatum opus Redemptionis nostrae complevit. Oportet credere, hanc morem ab ipsis Apostolis statim post Resurrectionem Christi Dominus fuisse introducit; nam S. Ignatius Martyr, Apostolicum coetaneus, Dominicae mentionem facit, eamque specioso titulo Regnum, ac Principem omnium dierum compellat. Quomodo Iudaeorum Iudaei praeter Sabbathi Sanctificationem alijs diebus per annum a Deo praescriptis sunt, uti dies Pasche, & Pentecostes, Festum Tubarum, Festum Propitiatialis, & Expiationis, Festum Tabernaculorum, & Collocorum, praeter quae etiam ipsi Iudaei quatuor festa ultra instituerunt, nimirum Festum Liberationis per Elter Regnam, Festum Dedicacionis Templi, Fe-

stum igni Sacri, & denique Festum, ob Nicenoris mortem celebrari solitum; ita in Legge nova ab Ecclesia constitutum est, ut quibusdam Festis SS. vel B. Virginis, Apostolorum, & particularium quorundam Patronorum praesentibus, ac veneratis, ac ipsi Dominica, a Populo Christiano exhiberetur.

2. Proposita. Quare, Christiani Auditores, quem in finem hoc praedictum edificam? certe non illum in finem, nisi ut de Sanctificatione Festorum hodie agam, & methodum ea sanctificandi ex ipso Christi Domini Exemplo praescribam. Atratos vos esse precor; quia Doctrina haec est praeter ceteris utilis, ac necessaria ad emendationem morum, qui nunquam vitiosus, proh dolor! quam Festis diebus committuntur. &c.

Christus quingio agrotis curavit in sabbato.

3. Diviso. Pharisei, ut erant in suis actionibus hypocritae, ita adeo superstitiososcelebant sabbatum, ut & opera misericordiae, qualis est curatio infirmorum, illa die illicita esse iudicarent; ideo continuo cavillabantur Christum Dominum ob beneficia in sabbato miseris mortibus exhibita. Haec causa fuit, cur hodie Redemptor, antequam hydropicum sanitatem restituit, eos quasi ironice interrogavit: Si licet curare sabbato? Et ut salutariter Phariae opinionis ostenderet, qui nos omnino agrotos sabbathinis diebus sanavit: nimirum primo, hodie nam hydropicum. Secundo malierem, ex infirmitate incurvatam. Tertio, habentem manum aridam. Quarto, cacum natum. Quinto denique miserum hominem, triginta octo annis in piscinae limine commorantem. Verum hac ipsa quintuplici curacione nobis instructum dedit Redemptor, qua ratione sabbatum, hoc est, festus dies rite celebrare debeamus. Percurramus singula.

S. I. In festis diebus laboret, & negotia intermittebat.

4. Confirmatio. Primo igitur Christus Dominus in sabbato curavit hodiernum hydropicum. Habent hoc huius generis morbi, ut semper fiant, est inslar piscis innatant posterioribus; tamen die tridua semper faucibus conquestrantur: unde Poeta: Quia plus sunt patet, plus struuntur aqua. Voluit ergo Dominus significare, quod in diebus festis illis terentur desideriorum, qua homines mundani ardent, extinguat debeat. Quamvis Dominus Deus lex legum primans dies negotijs, labori, officio, ac lucrandi industrie dederit, inestipulis tamen est cupiditas, ait Ambrosius (1. de Nab. c. 6.) que plus transferit, plus sinit. Insatiabilis huius cupiditatis ingluvis limites, ac cancelli potius sunt per dies festos, quemadmodum igitur Abraham, in montem Moriam ad Sacrificium abscurus, ad radicem montis praecipit famulis,

Esperate hic non amara hora. Crisidius cum festi dies advenit, nequus suis dicit oportere. Esperate hic, expectate vos labores, & officia; expectate vos mercatus; & nundinas; expectate vos emptiones & lucra; expectate vos excussiones, & portoria; expectate vos disceptiones, & litigia &c. Finis Festi, restantiam vos omnia. Ita festos dies peragi desiderat Sanctus Petrus Damiani iniquiens (1.4. epist. 16.): *Christiana. Potestatis sabbatum agere est, a laboribus remota, perambulans cupiditate quiescere, secularium negotiorum pondus de mentis cervice proicere, carnis oblationem contemnere.* &c. Mirabile est, quod Adrichomius (Vox Engaddi.) in descriptione Terrae sanctae enarrat, videlicet in Aegypto scaturire fontem, in quo Beatissima Virgo, perfectionem impii Herodis fugiens, Divinum insarum suum lavit, qui proinde communiter fons Jesu appellatur. Huius fontis aquis contigit quidam hortus irrigatur; quia vero aqua irrigando orto sufficiens non est; ideo ex vicino quadam puteo, mediante rota a quatuor bobus gyrata, hauritur tantum aqua, quantum pro orto sufficit. Ad rem nostram subdit idem auctor: *Mirum dicitur, verum tamen, a meridie sabbati usque ad auroram diei Iana, boves nullo verbera impelli possunt, ut in protrahenda aqua laborent.* En; bellua cessant ab opere diebus festis: &c.

§. II. Consideranda sunt caelestia.

7. Secundo sanavit Christus Dominus in die sabbati mulierem, quae habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo, ita ut non poterit sursum aspicere: *Mulier, dimissa es ab infirmitate tua.* (Luc. 14.) Quid significare voluit Redemptor? nihil aliud, nisi ut oculos, quos tota hebdomade in res terrenas defiximus, die festo in caelum erigeremus, illucque animam per pias aspirationes, & aeternum desideria designaremus. Singulari animadversione dignissimum est, cur Dominus Deus Israelitis, in deserto commorantibus, singulis diebus manna pluerit, non vero in die sabbati. *Sanctus colligens, in die autem septimo sabbatum est Domini, ideoque non invenitur.* (Exod. 16.) Quae causa huius rei? an non diebus etiam sanctioribus corpus alimento indiget? indiget sine dubio, & ideo fas illis erat die antecedente in duplii quantitate manna deplum colligendi. Cur non in ipsa die sabbathina? ratio clara esse videtur, si colligissent in sabbatho, fieri hoc nullatenus potuisset, quin oculos in terram reflecterent; hoc autem noluit Deus, sed omni modo voluit, ut oculi a caelestium contemplatione non abstraherentur. &c. En, mi Christiane: nequaquam satis est, ut die sanctificata otio torpescas; sed sacra colloctione, aut librorum lectione, aut saltem pia cogitatione dies transigenda est. Eiusmodi piaz cogitationes sunt, & tecum ipse perpendas:

Quis, anima mea, quomodo salutem tuam in tuto collocare potes? qua ratione te parabis, felicem moxtem? an de officio tuo, & obligationibus Deo Iudici rationem facere dare poteris? an nihil residet in mea conscientia, quod in salutis tramite mihi remoram impicere valeat? &c. Haec & talia in die festo, utiliter cogitanda sunt. Audi iterum S. Petrum Damiani (1.4. epist. 16.): *Christiana. Spirituale sabbatum agere est, soli orationum, & lectioum studii insidare, & contemplatione caelestis cordi intentione vocare, de solo spe caelestium spirituum iucunditate gaudere.* &c.

§. III. Eleemosyna danda.

6. Tertio sanavit Christus Dominus in sabbatho habentem manum aridam: *Extendite manum tuam.* (Luc. 6.) Ut indicaret in diebus festis manum ad caritatis opera, ad eleemosynas, egentibus clargiendis, extendendam esse. Inter alias ceremonias, quae Dominus Deus a Iudaeis exigebat, illud quoque erat, quod singulis sabbatis novi panes in Tabernaculo collocari deberint: *Per singula sabbata mitchatur.* (Levit. 24.) Hi panes deinde in sustentationem Sacerdotum, & pauperum convertebantur. Sicut in veteri, ita et in nova Legge non est sanctior actio, qua coli possunt dies festi, quam panem porrigere egenis, vestire nudos, orem ferre infirmis, & alienam fablebare miseriam. Celebris Scriptor Ioannes Rho (1.3. c. 6. n. 6.) laudat Petrum Pitavum, Jurisconsultum non minus doctum, quam pius: ille in usu habebat, ut, quae diebus factis mineralia, sportulave ex Juris responsis, & causarum patrocinis colligeret, fidelissime in stipem mendicabulorum segregata, illis deinsummam fide distribueret, ratus, sacri temporis otium pauperum bono, ac commodis deberi. Quid putatis mercedis retulit? ne quarere: non est quaestuosius lucrum, quam elemosynarum; & quamvis forte in hac vita non perveniat, tamen in morte cum seore redundat; Est enim impossibile, ut in aeternitate dies malos videat, qui pauperes in tempore dies bonos videre fecit.

§. IV. Audiendum Verbum Dei.

7. Quarto sanavit Christus Dominus in sabbatho caecum a nativitate: *Fecit lumen ex ipso.* &c. Quid aliud significare voluit, nisi quod in die festo anima, quae per peccatum, & ignorantiam caecata fuit, per Verbum Dei lumen veritatis recipiat. Hunc in sensum clamavit Regius Psaltes (Psal. 118. v. 109.): *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* Cur Verbum Dei lucerna, ac lumen comparata? sicut, qui in densis noctis tenebris absque lucerna oberant, in varia pericula, & praecipitia ruunt: ita homo, dum in peccatorum, & terrenae cupiditatis tenebris allucinatur, aeternae perditionis

Dominica XVI. post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

De homine avaro, fub schemate hydropticu representato, ejusque sanandi remedii.

Et ecce homo quidam hydropticus erat ante illum. Luc. 14.

EXORDIUM.

Hydropis est gravissimus morbus, quo significatur avaritia, ob multiplicem analogiam.

1. **C**ompator ex corde infelici hydropticus: ejus enim morbus inter agritudines corporales gravissimam una est. Percipite, Auditores, illius descriptionem ex Cornelio Lapide, Dionysio Carthusiano, Lyrano (hic in Luc. 14.) & aliis: *Hydropis morbus est, qui ex frigidis, salisq. humoribus, interdum ex corruptione hepatis, aut stomachi ortum trahit: vocatur a Latinis aqua intercus; quia ejusmodi agroti exuberante aqua foedum intumescunt, color naturalis fugit, & in huius vicem pallore facies induitur: deficit orexis ciborum, halitus praeterquam quod sit foetulentus, in praecordii arctatur, stomachus defectu digestionis abundat, crudis humoribus, fitis est intolerabilis, membra omnia languent, & denique morbus ipse, nisi statim in principio maturetur, remedia, pro insanabili habetur. Quis non miseretur hominis calamitatem? Verum notare, Dilectissimi, quod jam alias inculcasit me meminisse, per morbos corporum, quos Dei Filias sanavit, ordinare experiri analogiam quandam ad morbos animarum: interrogabitis ergo, quem morbum animae analogizet iste hydropticus? Et ecce, solutionem huius quaestionis facile desumere poteritis ex moribus, vitidique adstantis Pharisaei: erat hic homo avaritia tumidus, & inexpleribili terrenorum fiti infammatus: Ita in hunc locum animadvertit S. Greg. iniquiens: (1.14. Moral.) *Sanatus hydropticus ante Pharisaeum; per agitudinem enim corporis illius huius cordi egrotudo exprimitur; laborabat enim hydrope avaritia, & cupiditate.* Bene est: per hydroptem figuratur avaritia, infelicitissima agritudo, qua non minus anima, quam per illam corpora turpissime defaectantur: in avaris enim reperitur periculolos tumor, id est, fatus ex bonis possessis: halitus est foetulentus, quia omnis loquela solum de terrenis, fitis divitiarum est inexpleribilis: cor & omnia membra languent ad spiritualia: denique morbus est insanabilis, quia nemo propinquior est ruinae, & exitio, quam avarus. &c.*

2. **P**roposio. Christiana pectora: prosequamus diductius hanc analogiam inter hydropticum, & avarum, idque in spiritali emolumentum tum eorum, qui ab hac peste jamjam correptos sentiunt, ut mature sibi de remedii





Monachum quendam, qui puellam mendicam per urbem Alexandriam duxerat, flagellis caedi iussit; at dein in somno hanc vocem audivit: *Hac unica vice Dominus Patriarcha, creatus ut homo, (Leont. in vita S. Joan. Elemosyn.)* cognovitque, quod perperam virum Religiosissimum tractaret ut Apollitam. Non semper homines sancti discernuntur non sanctis per radios; ille salus in urbe Alexandria a Deo Paphnutio Anachoreta sanctissimo coargutus fuit. Quin & Antonius, illud sanctae austeritatis prodigium, vocem de calo delapsam audivit: *Nec dum ad mensuram Corinthis pervenisset, (in Vita S. P.)* qui nihil aliud egit, quam manere & vel seipsum ipsi nihil unquam posse, cognovisti eorum more; verum pro certo definiti non videret, quoz actio sit bona, vel mala; intentio enim omnes specificat, quam solus Deus innotuit. Hinc Augustinus: *(L. 9. de Civ. Dei c. 5.)* In disciplina Christiana non tam queritur, utrum quis incedat, quam quare; nec utrum sit iustus, sed unde; nec utrum timeat, sed cur timeat. Qui res non nisi secundum externam apparentiam, & superficialiter considerat, sepissime errat: *Facit, ut ait Pachianus (L. 2. in Math.)* Facit superficialiter considerari interiori veritati versari. *9. Epilogus.* Quid igitur factu opus est? Christiane, claudendi sunt oculi ad actiones aliorum: respiciendum est, & invenies lat victimarum, quae emendes. Remedium autem contra temeritatem iudicii videtur optimum illud, quod Abbas Pramenius praecipit, inquit: *cum duabus cogitationibus fortificationis, & detractionis tibi loquendum esse. (Respondeo in vit. PP. L. 4.)* sicut ergo cogitationis contra castitatem statim, & sine mora resistendum est, ita & cogitationis contra famam proximi. Quin immo semper de proximo sentiri in bonitate; si certo, & inexcusabiliter refectus eum peccasse, cogita cum illo sine apud Palladium: *Iste habet, Grego creat.* Si vero quomodo dabit, & incerto actionem malam scias, semper pro fama proximi decerne, illumque pro innocente excusa: hoc remedium praecipit Bernardus: *(Form. 4. in Cant.)* Excusa intentionem, si opus non patet, puta ignorantiam, puta suppositionem, puta casum, &c. &c.

Dominica XVII. post Pentecosten.

### CONCEPTUS I.

Quibus iudiciis se probare debeat caritas erga Deum.

*Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Matth. 22.*

### EXORDIUM.

*Dilectio caritari non potest.*

1. Quis quodammodo Rex est elementorum, & semper operativus: aer nonnunquam qui-

escit; aqua stagnat, terra immobilis haeret; nihil horum ignis, hic operetur, necesse est, aut emoriatur; tantumque est huius operationis vehementia: ut delitescere, nequaquam queat, quin suis se iudiciis producat. Unatissimum est sanctis Patriarchis, caritatem ipsi comparare; eadem enim est huius, quae illius indoles; Regina est virtutum, & semper negotiosa; fides, & spes iterum quiescunt; caritas nunquam amovet enim; ait S. Gregor. *(hom. 20. in Evang.)* Si non operatur, amor, non est. Atque hoc operatio adeo irrequiescit, ut claris se probat iudiciis: inter omnes animi affectus fere nullus minus, quam amor potest dissimulari. Jam si orbem universum pervagaverit, & in aulis Principum, in Curia Senatorum, in castellis Nobilibus, in tabernis mercatorum, in officinis operibus, in tuguris agricolarum interrogemus, istum Deum amant? respondebant uno ore omnes: Amo. Verum merito, ne inter ceteros nonaginta novem filium dicant, nam sanctus Patriarcha Ignatius *(in lib. Exercit.)* respondit: *Amor ab operibus magis pendet, quam a verbis.* O munde Christiane! quis credit, ignem esse, ubi nulla sunt ignis indicia? quis credit caritatem esse, ubi nulla sunt caritatis opera?

*Duo sunt iudicia amoris, agere, & pati.* Si queras, quoz leitur iudicio cognoscere liceat, verene homo Christianus Deum amet? hoc in praedictarum explicabo, videbitur duo esse clarissima amoris signa, *agere, & pati.* Hic scopus erit hodierni sermonis. Faveat.

*Homines etiam mundum tangit prope pro, diligendi Deum.*

3. *Introductio.* Tam crassa est hominum nonnullorum in rebus Fidei ignorantia, ut cum de dilectione Dei differi audiant, putent, excellentissimam hanc virtutem Reginam non ad se, sed ad eremos, & claustra pertinere: mirantur quidem Augustinos, & mirantur Philippus Neri, mirantur Theresias, Magdalenas de Pazzis, alioque, qui caritatis igne mirum quantum exarere. Verum cum dilectionis legem fidei in mundo degenitibus minime latam esse arbitrantur. Error hic est manifestus. Non enim solum Monachis, & Eremiticis, sed & hominibus mandatis, quibuscumque imperatum est: *Dilige Dominum Deum tuum. (Matth. 22.)* Hoc maximum est proceptorum omnium, consequenter universale. Quis forsitate, cum ergo amor in operatione consistat, per quas actiones homo tuum erga Deum amorem coactitari, quibus iudiciis probare queat? Respondeo.

#### §. I. Primum iudicium amoris consistit in agere.

4. *Confirmatio.* Sicut ignis vehementer operativus est: ita primus caritatis iudicium est agere, videlicet virtus omnibus operibus ad plenam manifestationem pervenit, nam, ut ait S. Gregorius: *(Hom. 28.)* Patriarcha dilectissimi ex illius est spiritus, quod eum diligimus, sed mandata eius habet, quod operibus testatur. Christus, unde desimus potest, multum aliquem pariter iudicium addidit, quod est certe non alio facilius, iudicio, quam si contra inimicis inchoationes nihil excuset, gladium penes se trahat, totos in bella animet, & leges Imperatoris inhumiliter obsecret: in testam ait S. Augustinus: *(Tr. 9. in ep. I. Joan.)* Quomodo dilexit eum, casus adhibet prope? quis est, qui dicit: dilexit Imperatorem, sed ad leges est? Patem in modum dilectio Dei consistit in observatione mandatorum, ita, ut dicitis verbis testetur Christus: *Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est, qui diligit me. (Jo. 14.)* E contrario, qui mandata Dei obedientiam non praestat, est, ceteroquin prolis orationes fundat, jejunia frequenter, egenis liberaliter succurrit, veram tamen dilectionis notam neutrumquam habet. Age, mi Christiane! si cognoscere cupis, an Deum ames, sume in manus tuas Decalogum inter speculi, & faciem tuam explorat. Si percurrens inspiciam omnia, deprehendas, in nullo te, saltem graviter deicere, tum confide, dilectionem Dei in animo tuo reperiri.

#### In sensationibus se maxime prodit amor Dei.

Præterea singulariter adverte, si repente ad pravum aliquid allicte te sentias, quid in animum tuum talis tentatio valeat, quamdiu malicia est, haud facile dignoscitur, quid artis in marecho vigeat: at cum coorta tempestate, mare horrendum in modum turbatur, tum primum discipere est, quam rei naufragæ experientiam habet. Patem in modum: cum tentatio hominis animum pullat, tunc vel maxime dilectionis experimentum capere licet. De perice commenta S. Incolas, quod aliena ova rapit, & pullos contrahit; hi vero, dum jam adolevere incipiunt, & genuina matris vocem percipiunt, resistit constanti rostra, illam sequuntur; verba sancti Petrus *(1. 6. Etym. c. 7.)* sunt: *Dum pulli propria vocem genitricis audiunt, naturali quadam instinctu hanc, quae vocis, resingunt, & ad eandem, qua genitricem, revertuntur.* Perdici nomine merito intelligere licet diabolum; ille enim animus, a Deo creatus, distrahatur, & volupatum circumarum galentia filium. Jam adverte, o anima, si vocem Dei praecipientis audias, quid agis? exempli causa, offert tibi diabolus in hac, vel illa venditione, aut contractu lucrum innotum unius, vel alterius florenti; Deus autem clamat: *Non*

*furtum facies.* Offert tibi Diabolus occasionem impudice conversationis; Deus autem clamat: *Non machaberis.* Offert tibi diabolus opportunitatem vindicandi injuriam; Deus autem clamat: *Non occides.* Quis agis, inquam? si relictis illius venatoris suggestionibus, absque mora ad aspectum Dei clamantis adules, bene te am agatur, eadem enim signum, quod genuinus Dei amor in corde tuoriscit. Si vero lucrum idulium, libidinem, vana iudicia amotes, & adulationem tua est caritas. Ea quam manifestum dilectionis indicium sine opera; per amorem pulchrum exploratur vita, & caritas; per operam caritatis, &c. Sed ad alteram iudicium indicium animum advertamus.

#### §. II. Alterum iudicium amoris consistit in pati.

5. Sicut ignis, cum fenum materiam conceperit, adversis flatibus ventorum tam non extinguitur, quam ut potius augeatur, ita alterum ferre caritatis signum est, *Pati,* hoc est, adversitatibus, quae ex Dei voluntate, & benedictio ingratum, non dicit, & expugnant, sed potius ad laudandum Deum magis, magisque inflammari. Sunt boninum nonnulli, qui, si illis nonnunquam prolixior oratio in templo inter suavitissimos animi affectus succedat, & una, vel altera lacrima, ob devotionis reverentiam ex oculis fluat, putant, se jam parum abesse a Seraphibus; Cur autem insolitus animarum doloribus exardescant? non alio excipiat, quam quia tam nullam patiuntur malitiam: res tunc ad vota tibi fluunt, cella vira, penes annona, horrum instrumentum, crumena auro turgida est, nullas experiantur cum vicinis lites, cum domesticis odia, &c. At veritatem paullisper necna, moriatur filius, grando percussit agros, furto auferatur oboli, confurgant litigia, crebrescant persecutiones, & amulorum invidia: tum enim vero perpicillamus, ut perleveret illa devotionis suavitatis: eheu! quam metuo, ne continuo impatientia, imprecorationes, intemperantes ira, & convitia subsequantur! O bellam caritatem, quae Deum diligit, velut hirundo altitatem! quamdiu haec durat, illa cancellat; at cum alperior aura hyemem praenunciat, sine mora auget. Ex his patet, quam egregie nonnulli in ipso Confessionis Sacramento alios acculent; teiplos excusent. Dicunt: Mea uxor, meus maritus, meus vicinus, homo tam pauper, & intracabilis est, ut continuo ad fram; ad impatientiam, ad juramenta me provocet: paucos ante annos, eram pacificus, & modestus: at nunc quotidie impatientia, & odii exardescit. O bellam excitationem! pugnae, ubi deest adversarius, quis non est, & ad vincere, ubi adversarius conferto pede comprehenditur, hoc ipsum virtutis conserto demonstrat. Vera caritas est follequium, quod etiam inter nubila faciem non avertit a sola; olea est, quae a verberibus sic fructuosior; aquila est, quae etiam inter fulmina non desinit in caelum elevari. &c.

7. Sophis Rex Indorum, (Ormequin part. 1. c. 11.) teste Curzio, et Alexandro Magno ostendit, quam generosos canes, & fortitudine leonibus amulos alicet, hoc illi spectaculum fecit. Iussit in conspectu emitti leonem eximia magnitudinis, tum quatuor admoveri canes, qui celeriter occupant feram. Mox uni canum, qui mordaciter leoni adhaerant, praecipit crus amputari, nec tamen desistit canis leonem persequi; amputatum est & alterum crus, nec tamen hic victa pervicacia; demum ferro confodiebatur, & ecce, ne post mortem quidem poterant infixi dentes à leone avelli. Hoc emblemate, ait Pennequin, perfecti amoris constantia representatur, qui ubi dilectum semel apprehendit, ita res omnes humanas despicit, ut omnes fortunas, & vita commoda everti facile sinat, dummodo dido potiat. Diligit Deum, mi Christiane? diligo, inquis: at ponamus tibi amicum optimum, fratrem, filium, maritum, uxorem mortis fauce amputari. Quid agis? si ingratanter conquereris, in factis, quibus antea assuevisti, exercitationibus tepere incipis, geauius amor non est. Diligit Deum, mi Christiane? diligo, inquis: At ponamus tibi fortunas furto, rapina, incendio, bello imminui. Quid agis? si calum, terramque intemperante fieti, ac ejulati impleas, verus is amor non est. &c.

8. O quanta cum constantia Sancti Dei iam inter prospera, quam adversa Deo adhaerant! Exemplum adducamus sanctum Clementem Anycranum Episcopum Christi Athletam fortissimum. Vocatus ad tribunal Diocletiani Imperatoris, tyranni Christianis infensissimi, iussit esse Christo, cunctaque sanctissima Legi renouari. Risit hujus praecipi insaniam generosissimus pugil. Mox iussit tyrannus ex una parte accumulari ingentes auri argenteique divitias, dignitatum insignia, vestes pretiosas; ex altera parte collocari praecipit cruces, rotas, gladios, ignitas farragines, & quidquid in officina crudelitatis terribile est. Subin ad sanctum Praesulem conversus, aiebat: vides has divitias, & aeternae felicitatis suppellecilem? si Deo tuo repudium dabis, haec omnia, & plura alia tua erunt. At si e contrario pergis cum venerari, & Idola spernere, ne haec extrema carnis officina instrumenta in corpus tuum veniant. Christiani Auditores: quid putatis, egit sanctus Antistes? an diu deliberandus haesitavit? neutiquam vero. Sed mox spretis opibus, in amplexum ruobat equuleorum, ac tormentorum, protestatusque est, nullam fore carnis officinam crudelitatem, nullam persecutionis gravitatem, nullam dolorum acerbiteriam, qua a Christo Domino avelli posset. An factis praeficit, quod verbis promittit? fidelissime: e toto suspensus, celerissime circumactus, & a tortoribus nervorum, ac vibicum ictibus crudelissime cæcus est: dentes illi pugnis, ac maliculis conficti sunt: in equuleo immanem in modum laxatis artibus, ac juncturis extensus

ardentibus lampadibus utsus est. Candentes laminae illi per manus ad cubitum usque immerse, caput ignita casside utulatum fuit. Verum quid memorem multitudinum tormentorum, quae adeo fere multiplicia, adeo crudelia, ut testetur Nicephorus, (apud Ribad. 23. Jan.) singulorum Martyrum tormenta ab orbis condito, cum martyrio sancti Clementis non posse venire in comparisonem? Et tamen inter carcerum squalores, inter persecutiones, inter crudelissimum membrum lanienam semper constantis, & invidius a dilectione Dei nec latum unquam decessit. &c.

9. Epilogus. En, Christiana anima, haec tandem sunt geminae illae probationes amoris; Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo (Matth. 22.) haec dilectio comprobanda est agendo, & patiendo: primum consistit in observantia mandatorum; alterum illud in aequanimi tolerantia adversitatum. Ardua quidem est utraque probatio; sed & magna est retributio, videlicet aeterna salus. Amen.

Dominica XVII. post Pentecosten.

## CONCEPTUS II.

Quomodo Dominum Deum ex toto, non dimiato, divisiq; corde diligere oportet.

Diligi Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Matth. 22.

## EXORDIUM.

Deo offerendum est cor, sed totum cor aliquo diminuitur.

N Unquam legis, Christianae animae, quam ridicula, stolidaque sacrificia caeci Gentes suis Idolis falsisque Numiniis fecerint? Jovi, Deorum principi, coronatum arietem in victimam dabant; Neptuno, marium Domino, taurum, viridi sero redimitum; Apollini, Musarum Praefidi, capram; Baccho hircum; Priapo aetnam; Aesculapio, medicinae inventori, gallinam; Dianae cervam; Veneri columbam offerrebant. Verum apage cum inanibus Ethnicorum deliriis: nostrum partium est indagare, quomodo maxime sacrificio, donoque Vero Deo, supremo caeli, terraeque Domino, interire valeamus. Et ecce, hoc ipsemet Divinus Mundi Redemptor clarissimis verbis indicat, in hodierno Evangelio praecipiens: Dilige Dominum Deum tuum in toto corde tuo. Dicite, Auditores! an prompti, paratique estis ad hoc donum Deo offerendum? affirmatis quidem omnes; sed ego dubito, an praecipium Domini factis intellexeritis. Intelleximus, responditis, Deum cor nostrum habere desiderat: ita est, sed observate bene totum cor, totumque cor habere desiderat. Sunt aliqui, qui Deo tantum exteriorem cordis partem, diabolo autem,

tem, qui Dei pro humanis cordibus isialis est, maxiam portionem tribunt; sunt alii, qui Deum dimidio solum corde, altero dimidio vacantibus, voluptateque saeculi diligunt. Omnes delinquentes, sicut inquit facti sunt. Diligens est Deus ex toto corde, quem admodum, dum enim ille, qui vellet uno pede per locum excelsum; altero per locum infimum, incedere, cessus valde inaequalis habitus, atque utroque pede claudicaturus esset: ita qui Deum, & mundum simul diligere, sique amoris affectus partim in Deo, qui non nisi sancta, & excelsa jubet, partim in mundo, qui non nisi ad vana, & infamitrahit, collocare vellet, necessè est ejus opera ablutaria, inaequalia, nec frigida, nec calida esse. Audite instructionem dilectionis ex Doctrina Paulo de Palatio: (supra Maest in Exer. hoc Dom. 2. 27. n. 22.) Tunc, diligit ex toto corde, totumque Deo, nullam aliam partem vitia concedit. &c.

2. Praeposito. Dilectissimi Christiani! insillat hujus instructioni, & circa praecipium hoc praecceptorum omnium maximum explicemus, quomodo diligendus sit Deus ex toto corde, quantumque iustitiam Creatori, si bique grave nocumentum impingant illi, qui eum tantum ex parte, aut dimidiato corde amant, & reverentur. Favete.

§. I. Aliqui tantum amant Deum partem cordis, sed infeliciter.

3. Confirmatio. Initium faciendo de illo Christianorum genere, qui Deum solum apice, neque extrema cordis particula diligunt, sciendum ante omnia est, quam invidiosum desiderio diabolus humani cordis possessionem affectet, hunc in finem machinas omnes admoveat, ut in cor intravit. Qua arte poteris autem Auditors, ingressum, possessionemque illius maxime impetrat? Dicitur herinaceus pluvia tempellate ad vulpem diverforium concederet, ut sibi in fossa sua diverforium concederet, ac concessit vulpes, seque in ultimum angulum recepit: at herinaceus exertis oculis non desistit miscere vulpem pungere, vexareque, donec expulsa illa, solum fossae dominus remaneret. Ita demon solet, admissus in cordis habitaculum se magis, magisque dilatate pergit, donec amorem Divinum, in extremo cordis angulo latitantem, omnino expellat. Quare, si forte, quoniam ergo sunt illi, qui Deum extrema cordis particula diligunt? Respondeo: dantur inter Christianos nonnulli, qui animum tenus sunt vitis immeriti, nihilominus certas quoddam devotionis retinent, quibus indubitata salutis suae spem infundunt: Est aliquis mirum quantum ambitiosus; sed pauperibus certas elemosinas elargitur; alius est turpiter avarus; sed certis precibus confidit: tertius totus voluptatum campo immeritus haeret; sed aliquot dies annuatim jejunit; quartus in

divitiis, & concubibus vivit; sed habet certam peccandi formulam, de qua tenet, perire non posse, qui cum frequentat. An credam, in hujusmodi Christianorum cordibus amorem Dei retinere? eheu! vel iste amor omnino nullus est, vel ad extremum cordis angulum relegatus; quin immo cordate avertere hos, & similes in periculosiore statu versari, quam peccatores, qui nulla omnino ex parte boni sunt. Explico alterum.

4. In Levitico (c. 13.) praecipit Deus circa leprosus, 6 lepra opererit omnem carnem a capite ad calcem, considerabit cum Sacerdos, & mundum pronuntiabit: quando vero caro vivens in eo apparuerit, tunc Sacerdos iudicio inter immundos reputabitur. Res est admiratione dignissima, quod si homo totum corpus lepra plenum abque parte aliqua sana haberet, a Sacerdote pro sano pronuntiari deberet; contra si aliquam partem sanam retineret, agerimus debuerit iudicari. Quae causa est hujus praepoteri, ut nobis videri possit, iudicii? Praecipite Doctrinam Philippium Diez: (in com. Conf. nov. Font. Cont. 2.) Significare voluit Dominus, majus periculum esse, aliquid bonitatis speciem hominem habere, quam omnino malum esse: qui enim omnino malus, facilius convertitur, in tantum turpitudinis horum peccatorum; at qui ex parte boni sunt, difficiliora remedia admittunt, quia semper bona, quae agunt, saluti securitatem sibi pollicentur. Est hoc inter altissimum damnabilis officia unum, quod peccatorum nunquam ita arctis stringat vinculis, ut non illi interdum casum laxet ad operandum aliquid bonum: quare? ut sic peccator malorum commissorum obliviscatur, eumque magis ceterum, ac compenditum habeat. Ita vinculum tenuit Herodem, de quo S. Marcus: (c. 6.) Libenter D. Joannis conciones audiebat, & eo addito, multa faciebat. Habebat cum Sathana ligatum vinculo turpis amoris, qui erga uxorem fratris sui asiciebatur; interim tamen conciones audiebat, & bona operabatur. Ad quid autem illa bona Herodi profuerunt? Videlicet ne videret mala, quae perpebat; itaque illum diabolus strictiori compede vincum tenebat. En, Christiani Auditores, quam periculosa res sit, Deum solum qua cordis particula amare, immo quam ille amor prolixus indignus sit nomine amoris: &c.

§. II. Alii amant Deum corde dimidiato.

5. Quapropter cautius, civiliusque, ut ad alteram jam orationis partem transeamus, agere se opinantur alii, qui Deo cor saltem dimidium consecrant. Sunt e Christianis aliqui, qui factis, superque sanctos se arbitrantur, si aequali gradu, ac pretio Deum, & mundum habeant: illi velut amphibii, modo in statu gratiae, modo in statu peccati versantur, hodie in

templo rebus Divinis, cras in domo Amaliae turpitudinis vacant; hodie Christum in Divinis Epulo hospitium admittunt, cras eundem per blasphemias, & impudicitias effugant; hodie largiuntur sibi panem, cras fraudulenter furantur de alieno. Fallimini, fallimini, mei Christiani. Deus non vult dimidiatum, sed totum corde; mox ut dimidium cor orco vultis concedere, totum ille habet. *V. exclamant Augustinus, (tr. 7. in c. 1. Joanni.) quia in corde suo partem faciunt Deo, partem faciunt diabolo: iratus Deus, quia si ibi partem diabolo, dicitur, & totum diabolum possidet.*

*Sed aequo perperam.*

6. Temporibus Apostolorum fideles, quorum exiguis adhuc erat numerus, de communibus bonis victabant, quapropter illi, qui possessiones agrorum, honorumque immobilium habebant, venditis illis, pecuniam communari inebant: inter hos Ananias & Saphira conjuges (Act. 5.) ex pretio agri venditi dimidiam partem sibi clam reservaverunt, alteram partem ad pedes Apostolorum deferbant. Iratus Apostolus Petrus, cui frater Divinitus erat cognita, increpavit avaros, & ecce, uterque tam Ananias, quam Saphira repentina morte corruerunt. Terribilis poena! quaso, numquid ager divenditur jure proprietatis ad eos pertinebat? numquid redactam exinde pecuniam pro arbitrio poterant applicare? Ita est: cur ergo tam atrociter puniuntur? Rationem adtrahit S. Augustinus: (de Verb. Apost. serm. 27.) *Quid visum fuit cor eorum, propterea interiorum. Ulque adeo averterat Dominus Deus dupliciter cordis: frustra agit, mei Christiani, si divinum cor Deo in Sacrificium offerre cupiatis; aut totum habere vult, aut nihil. Scitis, cur sacrificium Abelis a Deo benigne acceptum, e contra Caini fratris rejectum fuerit? (Gen. 5.) causam assignat Cornelius; quia Abel totum cor suum Deo obtulit, Cain vero cor suum divisit, & partialis fuit. Scitis, cur Nadab, & Abiu filii Aaronis tam horrendo a Deo puniti fuerint, ut egressis ignis ambos devoraverit? (Levit. 10.) Rationem dat Scriptura; quia videlicet prostratum ignem periude, ac sacrum ad Altare afferbant. Scitis, cur Philistaei Arcam Domini in templo juxta Idolam Dagon collocare non potuerint? (2. Reg. 5.) Nimirum quia Deus in honore suo non patitur rivalem, nec acceptat obsequia dimidiata.*

7. Veteres Romani adeo erant superstitiosi, ut omnium Nationum Deos venerati, eorum simulacra in Capitolio reponerent, rati, sapientiam esse, ut omnium Deorum ex aequo sibi favores conciliarent. Quarit jam S. Augustinus, quid tandem cause iussuerit, quod Senatus Romanus nunquam Te passus sit induci, ut vel Triburio Imperatore exire id cupiente, potestetur Christianum Deum, inter reliquos Deos in Ca-

pitatio collocari? Nempe est haec eadem ratio: Christus non vult sibi parum quemquam haberi, nec patitur se in ara una cum Idolis haberi, sed sicut solus, ac unus Deus est, ita vult solus adorari, solus amari: *Tu solus altissimus in omni terra. (Psalm. 86.)* Actum agis, quisquis dimidiam partem preceptorum observare, partem alteram transgredi cupis: actum agis, quisquis peccata aliqua fugere, alia committere praesumis. Verbo, actum agis, quisquis in eodem corde hospitio Deum simul, & Sathanam recipere cogitas; idipsum enim tibi eveniet quod olim Samaritanis; (4. Reg. 17.) qui simul Deum, simul, & Idola colere volentes, non aliud affectus sunt, quam quod a falsis Numinis prodiit, ac delicti sint, & simul verum etiam Deum amiserint. Audi, quam patheticam instructionem hanc in rem nobis inducit S. Jacobus Apostolus: *langue, inquit, ut sitis integri, in nullo deficientes, quicumque enim totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. (Jac. 1.)*

*§. III. Toto corde diligere Deum est ab omni vitio alienum.*

8. Verum desiderabitis tandem Auditores, ut veri, perfecte amoris, ex toto corde Deum diligentis, vobis specimen tradam? & ecce in promptu adsum: perfecti amoris vestitum describit Psalmista per verba illa: (Ps. 44.) *Adstitit Regina a dextris tuis in vestitu decorato circumdata varietate.* Quznam est haec varietas? est observatio omnium preceptorum nullo neglecto, est ornatu omnium virtutum nulla excepta: quisquis unico vitio adductus est, quisquis unicam creaturam Deo praehabet, quisquis unica proprietate caret, quae variegata caritatis vestitui convenit, jam non ex toto corde diligit Deum. Bonum enim, ut cum Philosophis loquar, resultat ex integra causa, malum ex quolibet defectu. Quaritis, quamquam sint illa proprietates caritatis? Audite Apostolum, Corinthios suos ita de dilectione instruendum: *Caritas patient est, benigna est, caritas non amulat, non agit perperam, non irritatur, non est ambitiosa, non querit, quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congruet autem veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. (1. Cor. 13.)* &c. En apparatus caritatis undequaque perfecta, quae per virtutum omnium compendium ita cor exornat, ut illud a solo Deo nullo vitio possideatur. Tale cor sine dubio fuit: illud pii Sacerdotis, de quo Paulus Barry, (T. 1. anaficet. 8.) quod Anno Christi 1636. Romae obierit. Quam perfecte hic Dei famulus dilexerit Deum, quam reverentia, quam pietate, quam sanctum eius morem contingerit; cum enim amicum suum iustus calaverat a thyrurgis, & anatomis aperiret, perstratis scilicet intestinis, cor tere-

tum est nullum. Obduperunt aditantes, tandem unum eorum, cum in viciniam Christi Crucifixi inanimem oculos attolleret, vidit ad Christi pedes cor defuncti Sacerdotis animum herere. Accurrunt omnes, miranturque miraculum, quo sine dubio Deus indicare voluit, se ipsum, unicuique esse cuius cordis Dominum, ac possessorem; cum enim latino vos Passidore, iuxta institutum placitum, idem sit, ac pedibus tere, certe vis unquam cor aliquod perfectius possedit Deus; quam id quod sub pedibus te-ruat. *Sec. &c.*  
*9. Epitologus.* Agite ergo, Christiana pectora; vos etiam corda vestra, sed integra abique diminutione per perfectam Caritatem Deo consecrate: ejaete a corde quidquid cum Deo stare non potest, illicque motus, affectus, pulsusque omnes suo iocate. Cor est principium motus, atque in homine sano intra unius hore spatum quater nullus pulsus repetit; hi pulsus omnes abique exceptione Deo donentur. Insuper cor est receptaculum, ac catervis sanguinis, quot per viginti quatuor arterias, ac per quadringentas octoginta octo venas constantiter per totum corpus protrahit: hic deserviunt Medici, omnes totius corporis sanguinem ad summum intra duarum horarum intervallum per circulationem cor transire haec guttulae sanguinis omnes abique exceptione Deo donentur. Denique cor est officina cogitationum, affectuum, & desideriorum: haec desideria omnia, & cogitationes Deo donentur, atque hoc demum est Deum ex toto corde amare: concludo enim cum S. Augustino: (in Cat. l. 2. de doct. Chri. c. 22.) *Deum ex toto corde diligere praesertim, ut omnes cogitationes suas in illum conferat.* Amen.

*Dominica XVII. post Pentecosten.*

**C O N C E P T U S III.**

*Instituitur questio, an, & ubi revera sint Christiani, qui diligunt proximum, sicut se ipsum.*

*Diligit proximum ipsum sicut se ipsum. Matth. 22.*

**E X O R D I U M.**

*Mirum mutae dilectioni exemplum in Pylade & Oreste fuit: jam nemo diligit proximum, nisi in suum commodum.*

1. *Si fabulosa gentilitati fides scribenda est, vivit unquam sub sole extiterunt intimiores amici, quam famosi illi Pylades, & Orestes. (Eroth. lib. 5. c. 37.)* Orestes enim, postquam Aegyptum, Patris sui Agamemnonis interfectorem, vindictae studio in necem dedit, in alienas terras peregrinatus, Pyladem per omnem peregrinationem locum habuit. Impete-

batur ab hostibus, Pylades erat illi instar dypei; periclitabatur, in mari, Pylades erat illi instar nautae; opprimebatur a morbis, Pylades erat illi instar medici: hic illi in dubiis consiliarius, in infidiis protector, in perfectione mirus; in adversitate individuis comes fuit, tandem Orestes in Tauriam Chersonesum, quae hodie magna Tartaria effi, delatus, ubi ad delubrum Minervae, cui quotidie humanae carnes immolari consueverant, devenit, a Rege Thoante in Idoli victimam destinatus fuit. Quid agit amicum Pylades? ut vitam amici levaret, habitu, ac facie, quantum potest, se Orestem simulat, pectus sacerdotis cultro aperit, mori cupit: Resistit Orestes, se nomine, & genere tenus reddit, obliquitur Pylades, tandemque ea inter utrumque ora est mortis concertatio, ut non potuisset acrior vitae: ea res adeo in admirationem rapit Regem, ut utrumque vivere iussit. Quaso, quot fuerunt ejusmodi Pylades in orbe? unum fuit, & nondum inventus est alter: etiam inter Christianos non? etiam inter Christianos: hie revera amicum dilexit, sicut seipsum; quia necesse commoda commodis, nec honorem honori, nec vitam vitae amici praehabuit: Verum inter nos quid agatur? heu! praefat flere, quam loqui: sem pro miraculo habetur, siquis alterum non invideat, praeficiat, si alteri pedes, & supplantamenta non struat, si in absentia defendat, si pro merito laudet, si alteri favori commendet; ultra hos gradus rarissimo exurgit nostrorum temporum caritas: quilibet suo, non alterius commodo in vigilat, nec proximum plus diligit, quam sibi ipsi profit: unde eruditissimus Plutarchus (in Moral.) hujus mundi amicitiam comparare solitus est mulsis, inquis: *Quomodoquid mulsae in popinis non manent, si desit nidor; ita vulgares amicitiam amici non perseverant, si non adit utilitas.*

2. *Propositio.* Christiane Dilectissime! in hodierno Evangelio praecipit tibi Deus, ut proximum diligas tam in prosperis, quam in adversis: quomodo? sicut te ipsum. O Bone Deus! quid agis? satis fuisset, si diligere praecipisses, sicut agrum, sicut vestem, sicut canem; haec enim dilectio proximum simillima foret: &c. Agite Auditores! indagemus, quales sit hodie hominum amor erga proximum, tam in prosperis, quam in adversis, quarumvisque, ubi tandem sit ille hominum, qui pro dilectionis proximi mensura habet dilectionem propriam, & revera observet illud sicut te ipsum.

*§. I. Quilibet de alterius, quantum de suo bono debet letari.*

3. *Confirmatio.* Interim ducamus a prosperis, id est, expendamus, quales sit nostrer amor in proximum, dum ille omni bona felicitate, ac prospero rerum omnium successu tam in bonis fortunae, quam in bonis naturae fruatur. Etenim, si ea esset aialmorum concordia; quam in-

ter fideles Christus Dominus requirit, deberet quilibet de alterius bono, quantum de sumis proprio letari. Vultus huius rei exemplar ex Scriptura: Sanctus gentium Doctor (Rom. 12.) comparat Ecclesiam corpori. *Multarum corpus sumus in Christo, sicuti autem alter alterius membra.* Jam attendite, obsecro, quanta sit membrorum inter se consensio: oculus fatuorum de interitae pedis, lingua de integritate manuum, & si unum aliquod egrotare contingat, an invidet ceterorum felicitati? nulla ratione: quin immo, in id conspirant omnia, ut membro afflicto succurrant; oculis compatiatur vulneri pedis, lingua conquisitur de eius dolore, manus preparat illi emplastra, & sic de ceteris loquendo. Præterea quam fideles sunt corporis artus in dispensatione nutrimenti, quod licet solus recipiat stomachus tam fideliter pro cujuslibet necessitate partitur? non hepatis invidet suam partem securi, non secur præcipit suam partem cordi, non cor adimit suam partem cerebro, & sic de reliquis. Hac eadem mutua dilectio deberet inveniri inter Christi fideles, ita ut unus ad alterius felicitatem tantummodo cooperetur, quantum ad suam: & sive bona fors, sive infortunium eveniat proximo, illud tanquam illi factum existimet. Id quod Christus Dominus suo exemplo luculenter demonstravit: cum enim persecutor Saulus cum armata militum cohorte Damascum pergeret, ibi primitias nascentis Ecclesie extinguitur, Deo Pillius in omnibus apprensus interrogavit: *Saul Saul, quid me persequeris?* (Act. 9.) Dominus, non in te, sed in Christianis destinatur hæc persecutio. Nihil refert, respondet Augustinus; (serm. de Sancto Paulo) cum enim Christus sit caput totius corporis, iniurias omnes membris illatas pro suis reputat: *Caput pro membris clamabat.*

4. Jam, quæso, percrutemur, in reverentia sit nosse erga alios amor, ut de proximo bono, tanquam de nostro, lætetur, quid agitur in aulis? ibi cum aulicorum nonnomo ad sublimem dignitatem gradum aspirat. O quot non consensum experitur amulos, qui pro servos, & calumnias hunc honoris candidatum supplicante contendunt! Quemadmodum palli glancæ, dum unus invenit vermiculum, una emnes inventorem persequuntur, ita aulici aulici: sapientia pauca: quis innocens Davidique? quis regi majora prædicit obsecra? & tamen subito, Principis indignatione obrutus, ad lacum leonum condemnatus fuit: quid delicti commisit? an rebellis arma induit? an necem machinatus est Principi? & sic. Nihil certe in huiusmodi. Regis gratia timeo. O quot poterit Daniel numerare sui sequaces! &c. Quid agitur in miliis castris? ibi cum unus aliquis periculo facinore, aut reportata victoria inclarescit, omnes alii illum gloriam viventibus oculis contuantur: quin immo immittitur de industria in periculosas voluntiones, in conspectu

deinde deseritur, ut opprimatur: neque cura habetur, quod per proditoria huiusmodi consilia exercitus omnis, & ipsius patriæ flos periculo interitus exponatur. Hac certe stupras experiri sunt Scilicet, Bellifarii, Scipiones, una cum innumerali sequacium turba. &c. Quid agitur in mercatorum tabernis? ibi nil nisi invidia, & insidia: quemadmodum in puteo cum una antia surgit, altera mergitur; ita multi ex mercatoribus haud putant se prospero rerum suarum successu fructuosos sine alterius ruina: intugamur duos mercatores in nudis, & ceteris unis emptores omnes malignis oculis apicite, quotquot viderit accedere ad alterius tabernam, &c. Quid agitur in opificum officinis? ibi unus denigat alterum, suam artem extollit, artefacta alterius contemnit, ut panem illi sufficeret. &c. Inter rusticam gentem, si tantum ager alterius magis proprio floreat; inter opertorios, si unus præ altero ad operas conducatur; immo inter ipsos mendicos, si unus præ altero liberiori stipe donetur, quanti vires, & invidia! &c. Eius autem hoc diligere proximum; sicut seipsum? certe non puto: caritas enim non amolitur, non exarsit, quæ sua sunt; nostris autem temporibus etiam inter amicitios meræ contentiones, & emulationes inveniantur. &c.

§. II. Quilibet de alterius quantum de suo bono letari debet.

5. Progrediamur ad alteram partem, videamusque, an invenimus exemplum, qui proximum diligat, sicut seipsum in adversis. Non aliquid providentia factum est, quod cor, fuerit in medio corporis locum, ut, nihilominus in lavam partem propendat; ita enim, quamvis quilibet Christianus cuilibet in quavis fortuna caritatem impendere teneatur, nihilominus in indigentem, & afflicta parti juvande proclivior esse debet. Atque hanc ipsam in modum varios hominum status, diversæque sortem disposuit in Ecclesia Deus; ut dum unus abundat, alter indiget hæc ipsa caritas promoveatur. Porro si Divina Providentia facile rem sua ordinaret, ut quilibet hominum felix viveret, nec cuicumque necessarium aliquid decideret: verum voluit esse pauperes, & divites; voluit esse afflictos, & felices; ut deus quadam subordinatio, & dum unus altero indiget invidia inter omnes caritas promoveatur: hunc in sensum ait Augustinus: (serm. 29. de Verb. Dom.) *Dicitur & pauper duo sunt sibi necessaria: dicitur propter pauperem factus est, & pauper propter divitem.*

6. Jam dic, mi Christiane! an revera de proximo malo, sicut de tuo proprio, tristaris? Nonne cum forsam agnitudine conspiceris, ardensissime desideras, ut amici, & vicinios consilium tibi, & auxilium ferant? ita omnino est: cum vero proximus tuus lechali morbo decumbit, quid in gratiam illius agis? nec pedem moves: novi ego huiusmodi Patres ac Matres-familias, qui ancillas, & famulos utut aliis

alias solertissimos, ac fidelissimos, cum agrotare ceperunt, abique misericordia ex adibus expulerunt, quamvis ejusmodi expulsi cederet in illum perniciem. O quoties inter Christianos idipsum repeti posset, quod de Theophrasto perhibetur: (Seneca Epist. 9.) cum ei de seipsum duo monstrarentur, quos familiares amicos esse dixeret, quorum unus tamen optulerat valde, alter indigens esset, respondit: *si amici sunt, quosam alter ita dicit, alter ita patet est?* Dic, mi Christiane! nonne cum grandi infortunio, uti incendio, pecorum lucra, grandine, aliique obrueris, vehementer desideras, ut omnes alii auxiliarem tibi manum porrigant? ita omnino est: cum vero proximum tuum eadem mala fors tangit, quid in gratiam illius facis? place nulla, aut modica commiseratione tangeris: audimus per frequenter, in vicinia integros pagos conflagrasse, agros malignis tempestatibus ad vastitatem fuisse redactos, & adeo sumus tenaces, ut miseris istis, omni commiseratione dignissimis, nullam, aut plane exigentem operam feramus. Scio quidem, esse nonnullos, qui obsecrant, cur alii non jurant? quorum expedit responset Chrysostomus: (Orat. 5. adversus Judæos.) *Si inveniret aurum faceret, non delicti apud te ipsum, quare illi, aut illi hoc non sustulerunt? sed festinus ante alios vapere: hoc videm & de fratribus castis, quantoque te etiam facerem perisisti, ut alium illi mederetur.* Dic, mi Christiane! nonne cum forsam in captivitate delatus es, vix, ut collata opera omnium tuam liberationem laborans? Ita omnino est: cum vero proximus tuus in carcerem detrusus ingemiscit, quid in gratiam illius facis? Nihil omnino: partem temporis abest, quo Religiosi Patres B. V. de Mercede, seu Redemptionis caritativorum passim per patriam nostram fidelium liberalitatem implorant: & ex parte non molimur opus erari, ut hic, vel ille aliquot crucigerorum conferat, quorum tamen haud exiguum numerum hebdomadatum in populo solet abigere! Profecto longe diversissima laeae ponderamus nostra, & proximi commoda: Non invenitur nostris temporibus aliquis Petrus Telonarius, qui postquam omnia sua in pauperes erogavit, postmodum seipsum vendidit, pretiumque in egenos distribuit. (In Vita Pat.) Non invenitur nostris temporibus aliquis Serapion Sydonita, hoc nomine nuncupatus, eo quod sine dote tantum negere, qui hoc ipsum indumentum die quadam pro Christi amore pauperi dedit: interrogatus postea: quis te expoliavit? Abba? digito Evangelium demonstrans, aiebat: *iste, (in Vita S. Joann. Elymas.)* &c. &c.

7. Quid loquar de erroribus, & delictis, quæ sicut a Deo, & superioribus facile nobis remittit desideramus; ita in subditis severe plectimur, & irreversibilia arbitramur? Venit quondam ad Davidem Propheta Nathan, illic querebundus exposuit, esse Virum quemdam, qui, quantumvis opulentus, pauperi oviculum rapuit, & tamque alienam hospiti in cibum apposuit. In

dignatus David injustissimo facinori, & tantum non in justas actus, tulit in Virum illum sententiam mortis: *Vivit Dominus, quantum istius mortis est Vir, qui fecit hoc.* (2. Reg. 12.) Quamprimus autem Propheta, mutato stilo in Davidem aperuit, per hæc parabolas ipsum Davidem, commisitumque ab eo adulterium donotari: en, respondit mansuetus, veniam rogare, ac vociferari cœpit: *Peccavi Dominus. En, exclamat hic Doctissimus Speranza, (script. fol. 111.) ut David altera peccata exaggerat, propria enim videt. Ita plane hospidum fieri amat: delicta nostra, quantumvis gravia, extenuamus, delicta proximi quantumvis levia aggravamus, lectuam in alieno oculo trabam putamus, trabem in nostro oculo lectuam arbitramur. Nil rarum sunt huiusmodi Domini, qui dum decem millia talentorum Domino debent, veniam sperant; interim a confervo conno denotari debent carceri, & suffocatione immisericorditer extorquent. (Matth. 18.) O amor proximi, quo recessisti?*

8. Epilogus. Ah! dicit aliquis, cur ad compatiendum proximo commover? cot mihi facis durum est, non facile læctor: &c. Scis mi Christiane, quid factu opus sit, tuamque naturam, ac carnem in proximo considerare debes: ille constat ex ossibus, carne, & anima, sicut tu; consequenter semper tibi occinas necesse est illud principium: Quod tibi non vis fieri, alteri ac feceris, & vicissim, quod tibi factum cupis, etiam alteri facere stude. Vis huius rei indigne exemplum? percipe ex Philippo Dictiono: (Tom. 2. Quadrag. p. 2. serm. 4. post Dom. 1.) Nobilissimum cuidam, sed & pervertissimum homini Vir quidam Religiosus hæc verba magno Spiritu fervore edixit: Bonum, quod tibi vis fieri, fac quoque proximo tuo, quod si feceris, saltaberis. Audivit Nobilis brevicum hanc exhortationem; & exinde secum ita ratiocinatus: sentio aliquid tibi deberet, nonne velles istam tibi solvi? & si tu pauper es, nonne deberes eleemosynam tibi a divite impertiri? Justum igitur est, ut & tu reddas, quod debes, & pauperibus subvenias. His operibus dum ita vacaret, nocte quadam excepit in domo sua ægrotans onanperem, cui postquam conam bonam dedit, iussit illi lectum penes cubiculum suum fieri. Media nocte cœpit agrotans clamare, & hautum aquæ petere: furescit Nobilis, ut haustum illi ferret. Dedit itaque ad cisternam, ut aquam alliceret, & ecce infortunium! decidit in puteum, & Domino permittente, suffocatur. Hic miserabilis casus omnes domesticos in lamenta abdidit: sed brevi Deus lacrimas omnes detexit, cum enim cadaver ex cisterna extrahitur, in preciosissima torce aurea, quam et collo habebat, incisis elaboratissime splendissimis characteribus legebatur hæc sententia, *Antequam corpus hoc aqua refrigeraret, anima ejus jam fructuatur.*



Deo. En, mi Christiane, quam accepta sit Deo dilectio proximi: tu igitur semper tibi occine illud: Quod tibi non vis fieri, alteri, ne feceris. Sequuntur hoc principum operare, itaque implebis preceptum Domini: Dilige proximum tuum, sicut te ipsum, implebis, inquam, & vivis. Amen.

Dominica XVIII. Post Pentecosten.

CONCEPTUS I.

Demonstratur, peccatum esse causam adventum temporalium, praesertim infirmitatum corporis, & accelerata mortis.

Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Matth. 9.

EXORDIUM.

Cir Christus prius remittit peccata, priusquam sanes egerit.

Res indubitata est inter Iustus, referri debere ad libellum supplicantis; si enim exempli causa solliciti subditus Officium consulat, & Princeps illi concedat, aut neget Officium militare, censetur intervenisse error; & ad Principem melius informandum proceditur. In hadieno Evangelio ( sic temeritate venia ) idem errorem intervenisse opinari quis posset? retitio enim supplicantis infirmi, & largitio Christi Domini plane non concordant: rogat ille liberari ab infirmitate corporis, & Christus concedit illi sanitatem anime; desiderat ille curari a paralyti, & Salvator respondet: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. O Divine animarum, corporumque Medice, patere; ut profundissima cum veneratione te melius informem: En, miser hic homo, quem hodie oculis tuis ostentat, non anima; sed corporis valeudinem flagitat. &c. Verum portentum ex superiora tacere me jubet Doctor Augustinus S. Thomas, dicitque repositionem Christi Domini quam optime concordasse cum precibus paralytici: quid peccatur ille? sanitatem corporis recte habet: hac ipsa de causa reponit Dei Filius: Remittuntur tibi peccata; quia remissio peccatorum jam est initialis curatio corporis. Rem in simili percipit: qui edificare vult rivalum, nonne ante omnia opus est, ut destruat fundamentum? qui extirpare vult lolium, nonne necesse est, ut ante omnia eruat radicem? cum igitur in hoc paralytico peccatum fuerit scaturigo, radix, & causa morbi, recte Christus Dominus prius tollit causam, ut deinde tanto efficacius tollat effectum. Audiamus verba S. Thomae: ( in Math. vic. ) Quid est, quod iste petebat sanitatem corporis? Dominus dat sanitatem anime? Ratio est, quia peccatum erat causa agri rudinis. Ridebunt ad haec mundani quidam scilicet, & paralytici dicent non ex peccatis, sed

ex frigore, & crassa, lentisque humoribus occisi, qui nervos obducunt, & ita transtunt spirituum vitalium impedunt; proit expresse docet Gallenus Medicorum principum ( l. 2. de Symptom. causis cap. 4. ) 2. Propositio. Verum quibus es, contendam tecum hodie, & demonstrabo, corporis morbos consequente hominis, aut speciei sint, ipsamque mortem frequenter accelerantem & peccatorum trahere; non quidem tanquam causa physica; sed tanquam morali. Aesocoe probanda erit hac propositio peccatum a Deo puniri morbis corporalibus, & morte immatura, &c. Favete.

S. I. Deus non statim morte punit, sed morbi. Dolores corporis sunt verba Dei increpanti.

3. Confirmatio. Ponamus Judicem quempiam vitum iustitiae tenentem, dum forte ex adibus suis per fenestras prospicit, videt hominem flagitiosum, qui illo ipso momento laud procul in platea sursum, hominidum, aut aliud grave piaculum committit. Quid agit? indignatur quidem vehementer, statimque mittit apparitiones, ut nebulonem captivum teneant, nec tamen consistam ad capitale supplicium procedit, sed prius delinquentem sevece increpat, dein tortoribus castigandum tradit. Ita utrumque hoc Deus agit cum peccatore: audite oraculum Divini Spiritus per os Ecclesiastici ( cap. 38. ) Qui delinquit in conspectu ejus, qui seculo non incidit in manus Medici. Supra quae verba Doctissimus Cornelius a Lapide ( hic. ) animadvertit, aptam hanc esse metaphoram, seu allegoriam; Medicus enim comparatur tortori, medicina comparatur torture, ager rogo, peccata agri occidit in manu Medici. Ex quibus patet clarissime, quod idem celeberrimus auctor annotat, videlicet peccata esse causas morborum, et quae, qui in Deum peccat, hac ipsa via, dum animam perdit, & Medicorum manibus subjacet, a quibus multa acerba remedia coegetur suffragere, & insuper pro hac tortura largum illis stipendium persolvere, &c. Alterum, quod Index facit, est, quod reum sevece increpat: & hoc ipsum Deus etiam facit respectu peccatoris. Telligit S. Job: ( l. 33. ) Increpat quoque per dolorem in se habito: in quo consistit hac increpatio? sanctus Propheta factum id explicat per verba sequentia: & omnia ossa ejus marcescere faciit. Obiurgatio Dei non consistit in verbis, sed in doloribus corporis; dum enim exempli causa mittit dolorem oculorum, increpat, & quasi dicit: cur tu, impie homo, abulus es oculis ad obsequia peccatorum? dum mittit dolorem anginae, increpat, et quasi dicit: cur tu, impie homo, tot verba ceterata, scandalosa, blasphemia per fauces eructasti? dum mittit dolorem stomachi, increpat, & quasi dicit: cur tu, impie homo, interperantem es; & potu ventriculum infarcasti? dum mittit dolorem chymicae, aut podagrae, increpat, & quasi

quasi dicit: cur tu, impie homo, manus ad multa mala opera extendisti, pedes ad fecleratas occasiones usurpasti? & sic de aliis morbis differendo, increpat per dolorem in se habito. 4. Quisquis de hac veritate dubitat, evolvat Scripturas, & inveniet innumera hujus testimonio: quid fratricida Caino contigit? Postulavit Dominus Cain in signum: ( Gen. 4. ) quale erat hoc signum? S. Chrysostomus ( in Gen. 4. ) respondet, fuisse continuum dissolutionem, & tremorem nervorum; ut enim, quod non esset usus robore corporis, ut conveniat, merito illius nervi sunt resoluti. Quid dicam de Maria sorore Moylis? Nonne ob detractorem murmuracionem, quam contra fratrem imprudenter effudit, lepra percussa est? ( Num. 12. ) quid dicam de Rege Abimelech? nonne quia Saram Abrahae uxorem adultero amore deperibat, morbo gravi & Medico ignoto punitus est? ( Gen. 20. ) quid dicam de Gizeo famulo Elisae? nonne quia contra interdictum Prophetae manera recepit, candente lepra affectus est? ( 4. Reg. 5. ) Quid dicam de impio Joana? nonne ob cadem fratrum suorum insuperabili agitudine confectus est? ( Paralip. 21. ) Pauci innumera alia, & solum medium adduco minus illas Christi Domini, quibus agrotum a triginta & octo annorum infirmitate sanatum in templo admonuit: Jam non amplius peccato, ut deterius quid tibi contingeret. ( Joh. 9. ) En, mi Christiane, si amplius peccasset hic homo, deterius adhuc in multas eum invasisset; & tu dubitare alicui ausis, morbos corporis ex peccato oriri? mea pace dubita: ego vero tanto sententiam Scripturae, tanto sententiam SS. Patrum, inter quos S. Hieronymus ( in Math. 9. ) in hoc eodem Evangelium commentatus restat differenciam verborum, prope peccata plenasque voluit corporum debilitates. 5. Ex his, quae dicta sunt, manifeste patet, quam improvide agant illi, qui dum agitudinem corporis, per medicatas potiones humoris corporis solliciti, inter optant, & dicunt sanguis nimium predominatur, bilis exoritur, humores acidi stomachum obruant, &c. Quae revera sollicitudine id ipsum agunt, quod nunc illi, qui Joanae vehementer videntur submergendi navim merces omnes, sericum, saccharum, vestes, pretiosa vasa, & omnem rei nauticae suppellectilem in mare exacerbant, non consistunt infortunii causam esse, sed suam fatiditiam Proprietatem. O mi Christiane! nautragi, hoc est, mortis causa, quam tibi minatur praesens infirmitas, non est humorum malignitas, sed peccati iniquitas: hanc evome ex corde, & melius habebis, non voca Medicum, sed conscientiam arbitrum; non potiones, non secteria, non chylivaria, non balnea, non cauteria adhibe, sed Confessionem, &c.

S. II. Peccatum est causa accelerata mortis.

6. Adhuc palpalibus declarant, qui sibi imaginantur vitam volupsum, ad mundi petulicentis leges committant, adhaerere ad amicum

longevitatem: Eja! aut nonnulli mundirossuli, fruantur deliciis, exultent animum, quid melancholicis, & monachali vivilatione nonis hujus vitam decurramus? &c. Deliria haec sunt; neque enim voluptuosa vivendi methodus vitam producit, fed mortem accelerat: Placuisse ad Divinam Majestatem conversus, ita lamentatur: ( Psalm. 89. ) Passus iniquitates nostras in conspectu tuo, & delictum nostrum in illuminatione vultus tui. Quid sequitur? audire, & illicite peccatorum cunctis: quantum omnes dies vestri defecerunt, & in ira tua defecimus. Anni vestri sunt aranea mediantur. Profecto aconitodiorum fibriliduo dari non potuisset, quam aranea: quid agit aranea? dum opus suum orditur serpsam evicerat: ita homo peccator, dum flagitiosus se impendit, dum lascivium sectatur, dum ebrietatibus indulget, dum appetibus suis absecundat, seipsum consumit, destruit & insanabilem contrahit infirmitatem. Hae de causa inquit S. Ambrosius ( ad Sabinum, unusquisque se considerat. Luc. 12. ) vellet se interrogare. Hae ipsa de causa detestatur Ecclesiasticus peccatum lascivium, atque, ( cap. 19. ) potum illius flaguliter esse mortem acceleratam: Qui se iungit fornicationi, nequam erit, putredo, & vermes vorabunt eum: sed quando, cito, an sero? Et solletur de numero locum illius: impudicitia enim, ut in hunc locum advenit Cornelius a Lapide, ( in Eccl. c. 19. ) quia tanguntem, spiritus, & succum exhaurit, corpusque excicat, generat, infirmitas; hinc abbreviat vitam hominis, mortemque accelerat. Unde S. Athanasius ( in apol. de sue puer. ) 29. loco ultimorum verborum illorum Siradiis: Et solletur de numero anima illius, legio, & solletur in manu anima impietatum. Qui ex ratione oriuntur tor praemature juvenum mores, nisi ex turpissimo saepe hoc vicio?

Deus ob peccata accelerat vitam.

7. Verum non ego hic considerare constitui peccatum, tanquam causam proximam, & physice mortis, sed tanquam moralem, quae videlicet Divini Iustitia grave commoveret, ut hominis peccatorum graves morbos sollicit, vitaeque salum praemature abrumperet. Consultamus iterum Scripturam: Dominus Deus mundum diluvio puniaturus juravit: Non permanebit spiritus meus in homine in aeternum, quia caro est: Evanescent dies illius, et annus viginti annorum. ( Gen. 6. ) Omnia terribis, quae: quando Dominus Deus has minas fecit? S. Hieronymus respondet: eo tempore, quo Patriarcha Noemus expleverat quingentos annos, & quando postmodum diluvium in orbem irrupit: quo Noemus haberec sexcentos: ergo a tempore minarum usque ad tempus catastrophi efflueret centesim annus: ita est. Ubi ergo erant viginti illi reddidi, quos Deus mundo promiserat: Erant diei illius centesim viginti annorum; nempe, ut explicat idem sanctus Doctus, ( Tom. 3. apud Perell. Tom. 1. de Vit. in s. 125. ) per proterbum adeo tempore

expectavit Dominus Deus poenitentiam, & emendationem humani generis, quoniam vero se expectatione sua frustrari, & mundi celestria in dies augeti vidit, ideo *veluti Deus exspectare decretum tempus, sed viginti annorum spatii amputatis, induxit diluuium, &c.* En, mi peccator, hanc eandem peccati poenam, videlicet accelerationem interitus, quam Dominus uniuerso orbi inflixit, infligere etiam particulatim peccatoribus tui similibus solet. Perge ergo, per me licet, pege in voluptatum, & seclerum sentia: verum scito, iam ante fores sunt calide febres, pleuridites, capitis vertigines, apoplexie, catarrhi suffocativi, aliaque mala, que te ante tempus e viventium numero exturbabunt: decurtata est vita tue tela, amputati viginti anni, quia peccator es, breui mortis victima eris, &c.

8. Audi pro coronide Historiam, quam P. Chrysothorus Vega (*L. 2. inf. part. & par. c. 16.*) enarrat. Mercator quidam, in Indis lenoris studio navigans, secum nauigio devesit pellicem, cujus impudico consortio iam a multo tempore assueverat. In altum provesctos horrida tempestas excepit, navis laxabatur, praesentissima ante oculos erat pernicies. Omnes, qui in navi erant, in preces ceciderunt. Superum opem implorabant, praesertim haec duae persona inhoneis amoribus valericere, vitamque emendare proponebant. Postquam mare ad malaciam rediit, ad portum Manila appulsi, eodem quo prius, turpi consortio uti sunt. Post interualum Mercator iterum cum amata navigans, iterum eandem fortunam expertus est. Tot periculis territus, cum non resipisceret, tandem Juxta Dei iudicio lethali agriuidine, lecto amixus est: a Medicis conclamatur, anima negotium tractare iubetur, de corpore actum esse. Ille incompotio vultu ejulare, desperare, ac dicere, sibi salutis nullum esse remedium. Verum a Confessario in spem erectus, iustisque ante omnia prostribulum e domo pellere, facram absolutionem confidenter recepit. His ita compositis, venit Medicus, qui citra spem mitigationem agriuidinis vim, & agrum sanitatis proximum deprehendit. Irane ait ille, convalescit? affirmantibus omnibus reponit: si ita est, cur opus erat miseram mulierem a domo pellere? redeat insons, & anxi quo porro tecto fruatur. Redit illa, & illatam injuriam multum aculeans, domo recipitur. Ille ineptus Confessarii causatus, hic Popa, inquit, mihi persuasit tantam inurbanitatem: iam vero civillius ago, convalesci, sanus sum. Necdum a lacrimis desit mulier, cum manu arreptam ad se traxit, & osculo coluit. O tremenda Dei iudicia! O oculum lectuosum! horrore dicere: illo momento miser animam efflavit.

9. *Epitaph.* En Christiana anima! quid mercatori huic infelicissimo lethalem morbum conscripsit? nil nisi peccatorum. Quid acceleratam mortem illi intulit? nil nisi idemmet peccatum. Vivere adhuc quam diutissime potuisset;

quia Dei Bonitas benignissime illi inducens, & valeitudinem dedit: sed peccatum lethalis scia fuit, que vitam illi eripuit. Tu igitur, O Christiane, disce alieno damno sapere, & si a motibus altioribus te moveri non sentis, saltem disce peccatum lugere ex hoc capite; quia videlicet tibi sanitatem, & subito vitam abrupturum valet. Si effectum metus, tolle causam: si fructum formidas, aufer radicem: & crede nec momento te a morte securum esse, quando in peccato es. Amen.

Dominica XVIII. post Pentecosten.

## CONCEPTUS II.

De damnis acedia, sub analogia Paralytis representatae, ejusque remedia.

Tunc est paralyticus: surge, tolle sellam tuam, & vade in domum tuam. Matth. 9.

## EXORDIUM.

Paralyticus miserabilis morbus. *Symbolum.*  
est acedia.

1. Nunquam auditis, Auditores, qualis infirmitas sit paralyticus? revera inter miserabilissimas una: percipite ejus descriptionem ex Galeno Medicorum principe: (*L. 2. de humor. caus. c. 1.*) paralyticus, inquit, oritur ex frigore, ac crassis humoribus, qui cum nervos obducunt, impediunt, obstruuntque meatum spirituum vitalium ad sensuum instrumenta, quos ita, ut sensatio etiam, motusque impediatur: ejusmodi ager, resolutis nervis omnibus, est impotens, ac insensibilis, jacet in grabato ut truncus, arteriarum pulsus est stupidus, corpus ponderosum, ac plumbeum, ad eam, & potum indiget alieno obsequio, & siquidem diuturna sit agriuidio, tandem vel putredine, vermicibusque consumitur, vel apoplexia, que ordinatè, praesertim in senibus coalescitur, miserandum in modum destruit. Quis non commiseratione tangatur infelicis aegroti? Verum vellem, Auditores, ut per hanc descriptionem non tam corporis, quam animae morbum intelligatis; scicendum enim est, quod morbi illi corporales, quos mundi Redemptor prodigiose sanavit, semper analogiam praesertim ad morbos spirituales: ita per cecitatem oculorum intelliguntur tenebrae, & ignorantia animi, per surdos intelliguntur obstinati, per mutos ingrati, per leprosum scandalosi, per manum aridam otiosi, per hydropticum avari, per habentem triginta octo annos in infirmitate sua, consuetudinarii, & inveterati. Quare sit jam, quod peccatorum genus representetur per hodiernum paralyticum? Ne divos moter, statim sensum vobis aperio Doctissimi Cornelii, (*a Lapide in Matth. 9.*) dicentis, per paralyticum subaudiri acediam; quid enim malorum illa corporibus, illa

ita

illa animabus infligit. O utinam par essem huic, que multorum animos occupat, spirituum illi paralyticis curanda, quemadmodum Christus huic sanavit corporalem. Sed enim tentandum est.

2. *Propositi.* Agite, Auditores, admoveat manus medicinali cure: ante omnia quidem grandia damna, ac pericula acedie per analogiam paralyticis vobis describam; dein pharmaca propinabo: quis scit? forsitan Favente Dei gratia haud parum profutura. Favete.

§. I. Acedia oritur ex spirituali frigore, ac tepiditate.

3. *Confirmatio.* Primo, paralyticus ortum trahit a frigore sanguinis, viscosisque phlegmatibus, que in nervis transitum spirituum vitalium intercludunt. Ita acedia oritur ex interno frigore, ac tepiditate hominis in negotio salutis, & Dei servitio languentis. Date hominem, qui falsa salutis securitate deceptus, sui incarius vivit, peccata quidem lethalia utcumque fugit, venalis autem non curat, vanitates seculi avidè sectatur, in recreationibus immoderate versatur, rebus Divinis tantum ex conscientiae interest, in templo velut ad ostentationem, & commodiam apparet, uno solum poplite flexit, crucem in fronte mutilat, oculos in omnes templi angulos circumfert, gaudet, tergum Altari obvertit, sub concione dormit, aut nova, vel litteras legit, pluxidem tabacarium, saepe impudicam, frequentius, quam rosarium extrahit, &c. Atque de huiusmodi homine indubitanter edisseram, eum periculosissimo acedia morbo vel jam nunc occupatum, vel brevi occupandum esse. Deum immortalem! quam grandia nocumenta causat hoc frigus! quam crassis impedimentis intercludit spiritus vitales, vobis dicere, influxum beneficiorum celestium! Teneandam enim est absque ambiguitate, quod Dominus Deus erga hominem se habeat, sicut se habet homo erga Deum: qua liberalitate, vel tenacitate Deus illi vitas gratias refundit. *Sic nos tu visum, sicut se colimus, canit Ecclesia, (in Hymno Fest. Corp. Chr.)* Ponamus ergo, quod talis homo graviora tantum peccata declinet, leviora autem non curet. Quid fiet? Deus peraque illum a grandioribus periculis, non vero a quotidianis minoribus tuebatur. Ponamus, quod ordinaria solum opera praestet, ad qua vel ratione Legis Divinae, vel ratione status obstringitur, ad extraordinaria autem, & supererogatoria etiam motus respondet crudum illud: *Non tenetur.* Quid fiet? Deus quidem conferet illi ordinaria gratiarum auxilia, ad conferenda autem extraordinaria eodem modo reponet: *Non tenetur.* Ponamus, quod pedetentim magis, magisque a Deo recedat, incipit omittere orationem, non habet gustum in lectione librorum spiritualium, non moderatur passionem, totus est addictus recreationibus superfluis: quid fiet? Deus vicissim magis, magisque recedet; minori cura, ut

Classi Spirituales Conclonari. Pars I.

ita dicam, illius salutis invigilabit. Huic doctrinae clarissimis verbis subscribit Doctissimus, & in re spiritus veratissimus Lessius: (*de peccatis. Div. l. 13. c. 15. n. 86.*) *Qui negligenter Deo servit, meretur, ut Deus vicissim non tantam ejus curam gerat.*

§. II. Acedia facit hominem languidum, & inanimatum.

4. Secundo: paralyticus aegrotum profusum sui impotentem, stupidum, immobilem, ac insensibilem facit, paralitici ponderosi, ac plumbei sunt, & in grabatis, velut lignei trunci sine motu, aut ullius membri usu jacet. Parem in modum acedia animam insipientem: acediosi ad internas inspirationes, ad externa salutis monita insensibiles sunt, carumque rerum, ex quibus alii emendationis fructum percipiunt, nullum sensum habent. Hinc videtur de illis ad litteram verificari illud Psalmista: (*Psal. 113.*) *Qui habent, & non loquentur, quia rarissime, aut nunquam orationem cum gustu, & seria animae recollectione ad Deum fundunt. Aures habent & non audiunt; quia ad salutis monitis, ipsique Verbo Dei nullum spirituale emolumentum colligunt, aut omnino illud fastidiunt. Naves habent, & non adorant; quia in odore virtutum non currunt. Oculos habent, & non vident; quia aeternam veritatem, celestiumque rerum principia non considerant. Manus habent, & non palpant; quia ad opera caritatis, ad proximi utilitatem nunquam manus extendunt. Pedes habent, & non ambulabunt; quia ad seriam vite emendationem in virtutis semita nec gressum faciunt. Verbo, in rebus, que animam concernunt, dormitant, torpent, marcescunt, &c.*

§. III. Acedia parit dubitationes in Fide.

5. Tertio: paralyticus, si diuturna sit, carnis putredinem post se trahit, ita ut ejusmodi aegri nonnunquam, praesertim si solerti aliorum auxilio destituantur, sanie, tume, sineis, ac vermicibus arroti incipiant. Eundem in modum non alii magis homines, quam acediosi vermicant; ortum enim, & desidia varios in eorum cerebro vermes progignit. Est aliquis, qui se naturalum, ac scilicet esse arbitrat, ille inter cantharos, ac pocula aeternae Fidei veritates in dubium vocare praesumit, dicit forsitan: eni fortassis nulla est animae immortalitas, & idem est interitus hominum, & iumentorum: alius dicit: ehi quis scit, utrum sit Deus, qui regit hoc universum? utrum contigisse, ut haec visibilia casu absque Creatoris ingenio consulerint. Tertius dicit: puto, quod purgatorium tantum sit Poparum fabula, ut se faginent. Quartus ait: quae, unde infernus? credo, quod vel nullus sit, vel certe non tam calidus, quam nobis occiditur! &c. Bone Deus! unde haec dictoria, haec impudentia, haec Fidei taxationes in homine Christiano? Auditores: Vete-

Cc 3 incs

